



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 124. De maiis a peccato originali productis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Fufius adhuc de eodem argumento alius quidam Doctor differens, Zwinglium inter recentes hæreticos præcipue circa originale peccatum aberrasse ostendit.

Sæc. XVI.

A. C. 1546.

§. CXXIV.

De malis a peccato originali productis.

Postea tertius articulus de malis toti humano generi per peccatum originale inflictis ad examen vocabatur: *Pullav. n. 7.*

Apud Ecclesiam, agebat Præfulum non nemo, certum est, Adamum præter acceptas naturæ dotes habuisse ex mera Dei liberalitate rectam animi habitudinem atque iustitiam, quam si custodivisset, immortalitatem in se suaque stirpe possedisset, Et in ipsam cuncta eadem bona transmisisset. De ceteris prærogativis, cujusmodi foret scientia de stellarum motibus ac virtute, Scriptores minime concordant, an illæ non minus hæreditariæ futuræ fuissent. Deinde certum est, Adamum peccasse violata Numinis obedientia, indeque se suamque familiam perdidisse, Et etiam, seu quod vetitum pomum comederit, seu quidquam aliud pariter vetitum perpetrarit, in delicti pœnam sibi suæque posteritati divinam gratiam amisisse. Tum vero quartum articulum leviter attigit, dixitque, ab ea pœna, quam Apostolus mortem appellat, hominem non nisi

Hist. Eccles. Tom. XXXVIII. Pp Ba-

Sæcul. XVI. *Baptismi efficacia liberari.* Postremo duo
A.C. 1546 hac in re cavenda præmonuit; alterum,
ne sinistra induceretur persuasio de divina
Iustitia, dum in infantibus culpam alienam
punit: alterum, ne pœna eo usque attenua-
retur, ut citra necessitatem Dei Filius ad nos
ab ea redimendos advenisse videatur: eos for-
tasse hic Præsul denotabat, qui arbitran-
tur, satis esse virium in corrupta natura ad
universam Legem observandam; vel etiam
carpebat Ambrosium Catharinum, præ-
sentem tunc temporis in Concilio, qui
infantibus in Limbo naturalem vitæ felicita-
tem assignat.

§. CXXV.

De remedio horum malorum.

Pallav. n. 8. In alia quadam Congregatione ageba-
 tur de remedio contra mala per ori-
 ginale peccatum inducta, ubi omnes una-
 nimi consensu illud esse Baptismum af-
 firmarunt, idque allatis sacræ Scriptu-
 ræ testimoniis comprobarunt: cum au-
 tem variæ, diversique generis causæ
 producant eundem hunc effectum, ean-
 demque sanationem, hinc præter Ba-
 ptismum, etiam mors ac merita Chri-
 sti, quæ aquæ vitali omnem vim tribu-
 unt, inter ejusmodi causas recenseban-
 tur, nec minus illis annumerabatur gra-
 tia, qua sancti efficimur. Insuper Sy-
 racusanus Antistes fidem quoque reli-
 quis